motui et tempori per se sed per aliud sic: per spatium, imo tempus
cum non sit alia entitas realis quam motus a quo sola ratione differt
non poterit esse certa species generis sicut nec ipsi motus. Et cum Artes
hic numeravit tempus inter species generis id facit non ex propria
sed vulgi potius sententia. Ex quo facile patet quaestio sit haec divisio
Est enim potius analogi in analogata quam generis in species.

Circa 2. m divisionem generis continui in lineam superficiem
et corpus est quaestio An haec 3 membra sint vere species generis
continui. Ad affirmativam. Ratio est haec 3. membra participant
essentialiter naturam generis continui et insuper habent differentias essentiales
in ratione formali generis radicales ergo sunt vere species generis continui
et quidem adaequate. nec enim ulla alia species afferri poterit
Unde putamus locum non esse speciem distinctam generis continui
a superficie quia locus secundum eius definitionem nihil est aliud
quam ultimus superficies corporis continentis immobilis
de qua definitione plura dicimus in physica

Ctio 4a. Quantitas discreta est cuius partes nullo termino
communi copulantur vel cuius partes ad nullum terminum communem
copulantur ut numerus ternarius v. g. est quantitas discreta
quia partes eius non uniuntur cum aliquo termino communi quam unam partem
necessarium alia sed omnes eius partes sunt discretae sive separatae
ut patet.

Quantitas discreta dividitur in Numerum et Orationem. De
divisione non quaestio est quaestio sit. Ad Numerum esse veram
speciem generis directe possibilem in praesenti praedicamento
non vero orationem.

Ad 1. Numerus est ens per se completum quod spectabit ad aliquid
praedicamentum per se sed non ad aliud quam ad hoc praesens quod erit
vera species subalterna illius. Probatur ma. numerus est genus respectu
ternarii et quaternarii quod erit ens per se completum consequentia
pat. E
Ex. pbr. Oratio non est per se extensa quod non poterit esse species quantitatis
consequentia pat. probatur antecedens quia oratio est extensa ad extensionem ipsius
motus pronunciationis quod non est per se extensa.
Utraque tamen non sunt probabilis unde quod magis placuerit defendi
poterit.
Ad 5. 5. Assignari solent proprietates quantitatis.
Prima est quantitati nihil est contrarium. Haec proprietas non convenit quanti
4o modo cum non conveniat substantiae. Exempl. h. proprietas est
tinea quae non contrariatur alteri tineae, cum ab eodem substantia
se mutuo non expellat, quae tamen expulsio requiritur ad hoc.
Ex. proprietas est quantitas non suscipit magis et minus probatur sus
cipere magis et minus est intendi et remitti in eodem subiecto
sed intensio et remissio convenit tamen qualitatibus quod non est ergo proprietas
et haec proprietas non convenit quanti 4o modo cum non conveniat substantiae
3 est. quod sunt quantitatem aliqui dicunt aequalia et inaequalia, nam duo
tigna vocantur aequalia quia habent aequalem extensionem et duae actiones dicuntur
aequales quia earum tempora sunt aequalia et tempora dicuntur aequalia quia motus sunt
aequales et motus dicuntur aequales quia spatia sunt aequalia.
Haec proprietas ut illius Nb. ex Caret. Aequalem posse et Inni p.
proprie ut distinguitur ab similitudinem et dicit relationem unius quanti
ad aliud quantum sunt negationem excessus hinc et inde et sic sequitur
quantum et est proprietas illius.

Alio mo sumitur Aequalitas Metaphorice quae pro ut idem est quod perfecta
similitudo et nil est aliud quam relatio unius se habentis ad modum
quali, ad aliud si habens ad modum quali secundum negationem excessus
hinc et inde et sic aequalitas seu quantitatem similitudinarie dictam
sc. quantitatem virtutis de qua sup. Et ex hoc DD. facili possunt
solvi omnia argumenta quae fieri solent in hanc proprietatem quae secundum Aristotelem
competit quantitati 4o mo, ut eius verba clare indicant. Si tamen
intelligatur de aequalitate vel inaequalitate proprie sumpta. Est tamen
aliquantis difficultas An ipsa relatio aequalitatis vel inaequalitatis
sit proprietas quantitatis An potius fundatum h. relationis. Secundum Caiet.
videtur ipsa relatio esse proprietas quantitatis. Alii v. dicunt Aptitudinem
sive fundamentum ad habendam aequalem vel inaequalem
extensionem esse proprietatem quantitatis et hi Auctores magis placent.
Differtur ipsa proprietas sumpta pro aptitudine ab ipsa quantitate eo
mo quod a substantia distinguitur modus substandi accidentibus si:
sola ratione ratiocinata.
4a. Proprietas quantitatis est divisibilitas quae competit tamen illi 4o
mo et non intelligitur de actuali divisione, haec namque est merum
accidens sed intelligitur de proxima potentia ad divisionem praescindendo
a divisione physica et Mathematica. Divisio Mathematica
est illa quae sit tantum per designationem alicuius unam partem ab alia se
parantis et quod sit proprium quantitati potest dividi non eget longa
probatione quia quantum ex eo quod sit quantum dicitur habere partes extensas
Et ita tamen non dicitur esse divisibile, omne n. in partes quas habet potest dividi.
5a. est esse Mensuram sumendo mensuram tam active quam passive
et haec mensurabilitas non convenit quantitati 4o mo. Si n. sumatur
ratio mensurae active illa non convenit uniti quod tamen non est quantum cum

careat omni pluribus extensione, si s. sumatur passive ratio mensurae non convenit quantitati nisi illa n. non potest mensurari, quod si loquimur de quantitate tunc similis ratio mensurae convenit ei sed modo sic: omni quantitati et si non soli. Et quod ratio mensurae sit proprietas quantitatis probatum est sup. dub. 5. His proprietatibus solent nonnulli annumerare, impenetrabilitatem et non male quia impenetrabilitas hoc modo describitur impenetrabilitas est incompossibilitas duorum corporum in eodem loco quae incompossibilitas oritur ex vi quantitatis sive extensionis aptitudinalis de qua plura alibi.

Arg. 1. Una species non potest praedicari de altera sed quantitas discreta praedicatur de continua ergo non erunt duae species. et consequenter 1a divisio non erit generis in species, ma. pat. quia duae species sunt contrariae oppositae ergo nequeunt de seipsis praedicari. Probatur de lineis quae sunt quantitates continuae dicitur quod sunt 20 cubi 5 sed hic numerus est quantitas discreta ergo illa praedicabitur de continua. Ry. dist. ma. non potest praedicari contrariae secundo ma. denominativae negando ma. Exempl. h. rei clarum habemus. In 3 verbis quae sunt vere species verbis et tunc sed verbis quod sunt species praedicatur de 1. genere sic: quod sit species.

Arg. 2. Nulla species potest fieri ex alia sed quantitas discreta fit ex quantitate continua ergo non erunt duae species ma. pat. in omnibus speciebus. Non hoc potest fieri ex equo. ma. plus ex divisione continui resultat numerus et est communis axioma quod numerus fiat ex divisione continui ergo quantitas discreta fit ex quantitate continua. Ry. dist. ma. nulla species potest fieri ex alia formaliter secundo ma. materialiter negando ma. sicut numerus ternarius quae species differt a binario fit ex binario non formaliter sed tunc materialiter. Dices si discreta quantitas fit materialiter ex continua ergo quantitas prius praedicabitur de continua quam de discreta ergo quantitas in eo non habebit rationem generis

respu gentis stimmi et discretae qa gnus n̄ p̄dicat p̄ prius et posterius
Rx dic. 1. eius gō p̄dicabit p̄ prius de stimma maiorit secu-
sseq. fortit nō sseq. et sic n̄ nōq ultima sseq. qa ut aliqd
ex. tudat a ratione gnis dt fortit p̄dicari p̄ prius et posterius
hoc ē sdm fortitudo ut pat in Eulo respu substiae et accidentis.
Rx 2. ad argtm. Numerum p̄ se n̄ fieri ex divisione stimmi
sed tm p̄ accns ut pat. in numero caelorum q n̄ videt fieri ex
divisione stimmi.
Alia argta q fieri solent ea proprietates gentis videri poterunt
in Auctoribus.
Unum tm Dub. p plenori gentis ultra restat solvendum. An
entitas sc: differat realiter a substia an tm ratione ratiocinata
Huic dub. Rx 1. Entitem distingui fortit a substia. pro
qa gentas et substia constituunt duo distia p̄dicamenta ut pat.
gō dnt distingui fortit sseq. reali inferr ex dictis sup. de
distinctione p̄dicamentorum inter se et p distinctionem fortem
hic intelligimus distas distinctiones sunt distinctos conceptus.
Rx 2. Entem n̄ tm fortit sed tm realiter distingui a substia.
Pr. Illa distinguitur realiter q ab invicem possunt separari vel
quam unum p̄t existere sine alio in rerum nāa sed gentas
p̄t separari a substia et separatim ab illa existere in rerum
nāa gō distinguitur realiter ab illa, ma. videt certa nec n.
evidentiis signum distinctionis realis p̄t assignari sine separatione
unius ab alio a p̄ti rei. m. pat. In Venerabili Sacramento
Eucharistiae ubi sdm fidem substia panis convertitur mirabiliter
in substiam corporis Xi remanente sola gentis panis cum aliis accidentibus.

pt separatim gratias existere a substrato et quo distinguuntur realiter ab illa et haec de quantitate dicta pro nunc sufficiant.

Haec de quantitate sint dicta et scripta.

CAPUT DE RELATIONE.

DUBIUM SEPTIMUM.

An Relatio constituat distinctum genus Entis et quae conditiones requirantur ad relationem praedicamentalem.

Sensus est An relatio constituat praedicam. distinctum ab aliis. Hoc antequam probetur. Videndum est an relatio sit verum ens reale, quidam enim relationes naturam ita diminutam existimant ut ei nullam entitatem realem audeant attribuere. Sed contra hos est.

Ctio 1a. Dantur aliqui relationes quae veram et realem habeant entitatem.

Haec est communis inter Peripateticos et sensus eius est. dari relationes aliis quae sint vere entia realia.

Probatur 1o. Ex ipso Arte. Membra dividentia debent participare naturam divisi sed divisum in 10 praedicamenta est ens reale ergo illa debent participare naturam entis realis. Tunc sic. sed secundum Artem et omnes Peripateticos relatio est unum ex 10 praedicamentis ergo cum participabit naturam entis realis ergo dabuntur aliqui relationes quae veram et realem habeant ~~entitatem~~ et non tantum convictam per illam.

Probatur 2o. Ens reale est illud quod independenter ab illo existit in rerum natura sed aliqui habitudo et respectus unius ad aliud dantur independenter ab illo ergo dabuntur aliqui relationes quae sint ens reale ma. et consequentia pat. pater ma. independenter ab illo dantur pater et filius dominus et servus ergo eodem modo dabuntur paternitas et filiatio sive relatio paternitatis et filiationis consequentia pat. non ~~est~~ n. potest dari ipsius fundamentum sine ~~[illegible]~~ [illegible]

sed tunc ultra. sed istae entitates quae sunt dantur a parte rei non sunt absolutae quae erunt respectivae quae dabuntur relationes quae sunt entia realia.

Ctio 2a. Praeter Relationes reales dantur multae relationes rationis

Haec Ctio sit est notissima. probatur tamen ratione. Illae sunt relationes rationis quae tantum resultant per illas actiones sed dantur multae tales relationes quae sunt relationes reales dabuntur multae relationes rationis. ma pat. ex definitione entis rationis probatur mi. esse subiectum esse genus vel speciem formaliter dicit relationem sive respectum naturae ad sua inferiora sed illi respectus tantum resultant per illas actiones ut sup. diximus quod mi. vera.

Probatur 2o. Illae sunt vocandae relationes rationis quae non consequuntur rem ipsam ex propria natura sed dantur multae tales relationes quae idem quod antea. ma. est S. Th. 1a p. quaest 28 a. 1: probatur mi. esse genus v. g. non sequitur ipsam rem animal sed: ex propria natura sicut et esse speciem non sequitur hominem ex ipsa natura, alias posito quocumque animali vel homine ibi esset genus et species quod absurdum est. resultant quae similes relationes ex sola actione illas et non ex ipsa rerum natura quae erunt relationes rationis tantum.

Confirmatis quae istis quae sunt: dantur relationes quarum aliae sunt reales aliae rationis, relictis relationibus rationis, inquirendum est de relationibus realibus An sint in aliquo praedicamento et An illud praedicamentum in quo sit sit distinctum ab aliis. Et hic quae explanatione sit.

Ctio 3a. Relationes aliquae Reales ponuntur in certo aliquo praedicamento.

Probatur. Omne ens reale creatum et finitum debet poni in praedicamento aliquo directe si completum est, indirecte si incompletum quia ex praedicamenta mutuantur omnia entia creata et ad illa revocantur omnia entia creata sed relationes dantur aliquae reales sunt entia finita

et creata et quidem completa quae dicitur reponi in aliquo certo praedicamento
ma pat ex conditionibus requisitis ad hoc vel aliquid ponendum in praedicamento
plus mi. In pars illae relationes sunt reales et iam dictum est, deinde
non habent contrariam infinitam sed sunt creatae et limitatae naturae, nisi
quis velit ponere plura entia increata quae nihil absurdius dici potest.
Sed non entia completa in sua linea quia non ordinantur ad componendum
aliud tanquam pars quae dicitur poni in aliquo certo praedicamento et quidem
directe.
Diximus Aliis relationes reales debere poni in praedicamento, non omnes quia
relationes transcendentales sunt reales et tamen non ponendum in uno certo
praedicamento sed potius vagantur per omnia ea praedicamenta et sunt intime
mitusae in ipsis entibus rerum.

Cap. 4. Relationes reales constituunt peculiare et
distinctum praedicamentum.

Sub 1. Peculiares modi essendi constituunt peculiaria et distincta
praedicamenta sed relationes reales habent peculiarem et distinctum modum
essendi quae constituunt peculiare et distinctum praedicamentum. ma.
pat. ideo n. substantia constituit speciale praedicam. distinctum a praedicam.
qualitatis quia habet distinctum modum essendi sic: per se. plus mi. relationes
reales habent modum essendi in ordine ad aliud referendo se:
ad aliud extremum vel correlativum sed esse est
peculiaris modus essendi nec n. competit substantiae aut qualitati neque
aliis praedicamentis ut patebit discurrenti per singula praedicamenta
quae mi vera.
Sub 2. Praedicamenta diversa sumuntur ex diversis modis praedi
candi de 1a substantia sed relationes reales habent diversum modum
praedicandi de 1a substantia quae habebunt in diversum praedicamentum
ma. ex dictis constat. plus mi. relationes praedicantur de 1a substantia relati
referentes ipsam 1am substantiam ad suum terminum quae habent peculiarem

modum praedicandi de 2a. substantia ut cum dico Petrus est filius Pauli est Pater et haec magis patebunt infra cum de natura relationis praedicamentalis sufficiens agemus.

Sed 3. Ens reale divisum in 10 praedicamenta immediate dividitur in absolutum et respectivum sed relationes reales non constituunt aliquod praedicamentum ex absolutis, cum ex propria natura sint habitudines unius ad aliud ergo constituent aliud distinctum sc. hoc de quo est modo sermo.

Antequam assignemus Conditiones petitas ad hoc ut aliqua relatio realis ponatur in praedicamento aliquos terminos in hac materia valde usitatos breviter volumus explicare et sunt sequentes sc. Relatio Relativum Correlativum, Extremum relationis, Fundatum Remotum, Ratio fundandi et Terminus Relationis. etc.

Relatio est Habitudo sive respectus unius ad aliud vel potius est Accidens quidam praedicamentale quo unum accidens refertur ad aliud v. g. Paternitas est relatio quia nil aliud dicit quam respectum vel habitudinem qua pater refertur ad filium, sicut et filiatio est relatio quia nil aliud dicit quam habitudinem ad Patrem.

Relativum sive Relatum dicitur illud quod tali constituitur formaliter et refertur ad aliud per ipsam relationem sic pater dicitur relativum sive relatum quia est id quod tali formaliter constituitur et refertur ad aliud per relationem paternitatis sc. Correlativum dicitur quodlibet relativum quod alteri relativo respondet mediante alia relatione. Et ut breviter dicamus Correlativa dicuntur quae mutuum quasi relationem accipiunt ut dominus refertur ad servum et servus ~~recipit~~ excipiens relationem domini, dicitur correlativum illius quia dominus sit vicissim relationem servi trahere. Hinc apparet omnia correlativa esse relativa sed non est ita omnia relativa esse correlativa ut Pater et dominus sunt quidem relativa sed non correlativa.

Trg à terminando dr et distinguitur à correlativo in hoc quod
cum alicuius relativi relationem tret ipsius tn entitas e absoluta
et n relativa unde nata e distinctio relativorum in relativa
mutua et n mutua. Terminus igitur magis tali pot. ijm correlati
vum, oe n. correlativum e trg, n tn ois trg e correlativum.
Extremum sive sltum Relationis dr illud quod à Relatione denominatur
ut Sophronisci ho. dr extremum sive sltum paternitatis
et paries dr extremum sive sltum similitudinis et dr hac
sulla extrema relationis qa relatio n immediate exercetur inter extrema
relationis sed inter relativa.
Fundtm Remotum relationis dr illud quod extremo e causa relationis
cum cur referatur ad aliud et cui immediate inhaeret relatio ut
fundtm remotum v. g. similitudinis inter duo alba e ipsa albedo
ipsa n. e causa cur unus paries referatur ad alium relatione similitu
dinis et albedini immediate inhaeret relatio similitudinis
Dr hic. Extremum et fundtm remotum n sp distingui inter
se. nam una gratias dr aijtis vel maijtis alteri n p alijm
sibi superadditam entitatem sed p seipsam et una gratias referatur
ad aliam licet nullum sltum sive extremum superet ab ipsa
entitate distinctum.
Ratio fundandi cum proximum fundtm nil e aliud ijm conditio
petita ad hoc et in sullo oriatur relatio, sic generatio dr ratio
fundandi cum fundtm proximum relationis paternitatis, nisi n. generatio praecederet
pater n poet dici talis respu filij et de hac ratione fundandi cum
fundto proximo plura infra.
Explicatis terminis. 6 assignamus Conditiones nrio requisitas ut
alij relatio sit realis praedicamentalis.

1a. est petita ex parte rationis fundandi sc: ut sit realis, ratio est quia relatio
praedicamentalis est accidens reali existens quod ordo quod ad eius existentiam
requirit dicitur esse realis sed unum ex requisitis est ratio fundandi quod
dicitur esse realis.
2a. Petita ex parte fundati Remoti est ut fundatum remotum sit
ens reali, ratio est relatio praedicamentalis est accidens reali quod illud cui
inhaeret dicitur esse ens reali sed relatio praedicamentalis inhaeret fundato
ut dictum est quod dicitur esse quid reali, imo cum fundatum remotum aliquid
non sit causa relationis praedicamentalis et haec sit verum ens reale
nec et ipsum dicitur esse ens reale, unde clare sequitur in cuilibet rationis non
potest fundari relationem praedicamentalem.
3a. Conditio ex parte eiusdem petita est ut fundata inter quae intercedit
relatio sint realiter distincta, ratio est quia relatio est quaedam oppositio relati
va inter extrema relata quod fundata quibus inhaeret relatio dicitur esse
distincta consequenter. idem non sibi ipsi realiter non potest opponi. Ex hoc
Inferitur quod si Deus poneret eandem numero albedinem in subiectis realiter
distinctis v. g. in Petro et Paulo quod illa relatio similitudinis non esset realis
praedicamentalis sed tantum rationis quia fundatum remotum sc: albedo cui inhae
ret relatio similitudinis esset unum quid realiter, unde relatio identitatis eiusdem
ad seipsum non est realis praedicamentalis sed rationis tantum. Videatur S. Th. p. 1. q. 42
a. 1 ad 4 [illegible]
4a. Ex fundati Remoti petita est quod sit in utroque extremo positive
et sit capax et proportionatum ad recipiendum relationem praedicamentalem
unde licet Deus veri denominetur dominus a creaturis non tamen referatur relatione
praedicamentali ad illas quia non est capax alicuius accidentis sibi de novo
advenientis cum sit omnino immutabilis.

3o probatur ex parte termini est ut ipsa necessario in utroque natura existat. Unde
existentis ad non existens non datur relatio praedicamentalis realis praedicamentalis
Ratio est quia relatio praedicamentalis consistit inhaerendo in utroque extremo
et consequenter in termino quia est unum extremum relationis, sed accidens nequit
inhaerere in illo quod non est quia ut suam denominationem tribuat utrique
extremo relatio petit existentiam termini, verum de hac conditione
plura infra.
Dico 3. Ut terminus et Relatio praedicamentalis realiter distinguantur. Ratio:
quia relatio affert realem oppositionem sed realis oppositio non potest esse
sine distinctione reali, quia debet distingui a termino quod opponitur
alteri relativo.
Ex dictis colligitur Relationem praedicamentalem esse verum accidens
intrinsece inhaerens ipsi subjecto cum rebus relativis similiter et accidenti
intrinsece inhaerens, quod est contra nonnullos putantes relationem praedicamentalem
esse tantum denominationem extrinsecam ita ut posito fundamento et
termino posita in ratione fundandi non sit necessarium superaddere aliud accidens
quod dicatur referri ad suum terminum.
Ad [illegible] contra hos nonnullos dicitur hoc modo. 1o Omnis denominatio similis
[illegible] ab aliquo forma sed non est aliqua forma [illegible] denominat similis
ab aliqua forma sed non est aliqua forma a qua generaliter denominatur similis
quam similitudo non affert aliquam entitatem intrinsecam quam similitudo est
[illegible] relatio praedicamentalis et afficit tamen in denominatione ex
[illegible] sed dicit aliquam formam intrinsecam ... est [illegible]
[illegible] quod potest denominari similis generari nequit est
[illegible] aliqua forma a qua potest denominari [illegible] sed ab albedine non potest denominari
albedo existens in extremis sed ab albedine non potest denominari
similis generari quod nulla alia forma est a qua potest talis denominatio
[illegible] albedo est accidens absolutum spectans ad qualitatem
[illegible] nequit tribuere relativam denominationem
sed accidens absolutum nequit tribuere relativam denominationem

latini qualis est denominatio similis quod dicit alia forma relativa dari
a qua proveniat haec denominatio et haec forma est ipsa relatio similitudinis
Ubi 2° argumento Theologico. Relationes in divinis quae ad ultimum non con-
ceptum sunt aliquid reale intrinsecum non inhaerens quidem sed omnino identi-
ficatum cum essentia et natura divina quod non similitudo unius albi
ad aliud est accidens inhaerens intrinsece reddens sanctam similia
sicut dulcedo reddit sultum dulce et in hoc accidente respectivo
superaddito rei quae refertur ad aliud consistit hoc praedicamentum relationis.
Arg. 1. Relatio est comparatio unius extremi cum alio sed comparatio
est actus intellectus pertinens ad praedicamentum actionis vel qualitatis quod relatio non constituit
speciale praedicamentum. Respondeo ma. relatio n. non est comparatio
formaliter sed potius habitudo et respectus inter duo extrema quae ad se
invicem realiter referuntur v. g. relatio similitudinis inter duo alba
non est comparatio intellectus sed reale quidam accidens intrinsece inhaerens
ratione cuius duo alba dicuntur formaliter similia in albedine, verum
quidem est comparationem quandoque pertinet relatio tenere principium ipsa
tamen relatio non consistit formaliter in tali comparatione.
Arg. 2°. Illud quod est commune enti reali et rationis non constituit speciale
praedicamentum sed relatio est communis enti reali et rationis quod non constituit
speciale praedicamentum. ma. pat. qua tali commune non est univocum
quod non potest esse aliquid supremum genus. pbatur m. alia n. relatio est realis
alia rationis quod relatio est communis enti reali et rationis. Respondeo ma. et
et m. relatio in communi est rationis reali et rationis concedo ma. relatio realis
talis neg. m. nos n. non diximus relationem in communi constituere speciale
praedicamentum sed relationem realem, neque tamen omnem sed illam tantum quae habeat
conditiones sup. enumeratas et hoc magis in patebit infra.

Arg. 3. Duo alba faciunt relationem similitudinis quae frustra addit
specialiter et distincte solum in ... ad ... contra per ... ant.
duo alba ... quod ... alba similitudine sed similitudine alba quae sit
... similitudine. Cons. Duae substantiae similes sed non alique
acciderent aliis duae substantiae non erunt similes in substantia sed in accidente
quod duo extrema ... intelligi relatio alique alio ... sup-
addita. Resp. Dico ant. similitudinem ... relationem fundamentalem ... ant.
fundamentalem ... ant. ... dicitur ... relatio ... fundamentum
assimilandi, ... ratio formalis ... ratio quod duo alba
sunt formaliter similia et eodem modo ... sequentibus ...
Ad confirmationem eodem modo, illas substantias ... relatione ... similes
fundamentaliter et ... negative, ... formaliter et positive sicut
substantia ... existentiam ... positivam existens sed ... negative
sic ... duae substantiae ... relatio ... similis ... formaliter
sed ... negative et fundamentaliter, ... illas non esse
similes in substantia sed in aliquo accidente sed ... aliquo
accidente respective formaliter fiunt similes et ... in eodem
substantia tamen ... assimilandi ... relatio.
Arg. 4. Relatio ... ... mutatio quae ... reali
... quod ... in illo ... impossibilis ... aliquam
rem de novo recipiat aliquam entitatem realem et ... mutetur. ...
... parietis in hispania ... resultabit relatio simi-
litudinis ... parieti albo existenti in Germania sed in tali pa-
riete nulla fit mutatio ... ...
... ... aliquid ... ... et ... Resp. ... dicendo ...
... ... impossibile ... aliquam entitatem realem absolutam de
novo et ... mutari, possibile vero acquirere entitatem realem relativam
absque ... mutatione sed ... nulla. ... ... Andreas ... ...

ideo n̄ ponit aliq̄ relaō realis in Deo ex tpe illi conveniens qa mu-
tarent gō sdm Auctores istos relaō realis n̄ pt advenire sutto
sine aliq̄ eius mutaōe alias certe nil obstaret q̄ minus Deo plures
relaōes reales ex tpe convenirent qd tn̄ sane Theologice repugnat
Unde Ry alt Nō Mutaōem Et accipi pōe 1o p mutaōe ppre
dicta q̄tis ē mutaō physica q̄ fit p motum v.g. alteraō aug-
mentaō et p talem mutaōem n̄ fit relaō qa ad relaōem n̄ ē
p se motus ceu mutaō physica. 2o accipit Mutaō pro eo qd ē rem
mō hrē aliqm foām ijm antea n̄ habebat sine illa foā pducat
p motum sine consequi ad aliam foām pductam q̄ vocat mutaō
Metaphca et cum tali mutaōe advenit sutto relaō et sufficit
ut relaō dicat ens reale intrinsece afficiens sutum et ideo negamus
Deo competere aliqm relaōem realem ex tempore qa alias
Deus mutaret siqdem in tpe hret aliqd reale sine aliqm
foām realem ijm ab aeterno n̄ habuerat et hoc ē mutari
metaphysice nam si sutum pt recipe hanc realitatem gō
habebat aliqm pōtitatem ad illam suscipiendam et sic iam
alt se hl nam refert ad id, ad qd antea n̄ refere tat realit
et sic aliq mō mutat. Ex q̄ pat ad argtm.
Arg 5. Unitas ē raō fundandi relaōem fdicamentalem et
tn̄ n̄ ē ens reale gō 1a oditio n̄ ē bene assignata ma pat ex Arte
m. pli. Unitas de foāli dicit negaōem atq negaō n̄ ē ens
reale sed raōis ut sup. visum fuit gō m. vera.
Huic argto aliq Rnt et satis pbabilit. Unitas p foāli n̄ ē
ens reale sed raōis neq raōem fundandi sp debere ē aliqd
reale ut pbat argtm, Et ad raōem nram supra allatam p 1a
oditioē Rnt n̄ ē nrum ut ad accns reale aliqd ostituendum

ora concurrentia sunt entia realia quae sunt in generatione, ad illam
n. requirit negatio formae introducendae in materiam et privatio alterius
formae. Sed sit quidquid sit nostra ratio manet in suo robore. Respondeo
ad argum. n. est ens reali positivum concedo m. remotivum negatio mino.
est quod unitas ens aliquid reali remotivum sicut sup. de caecitate
et tenebris dictum est. quando quidem dicunt unitatem esse ens rationis
intelligendi per quando negatio concipitur formaliter ad modum sc. formae in-
formantis subiectum, non v. m. quoniam affert negationem unius ab altero
illa n. negatio non est merum ens rationis sed ens reale remotivum
cum a parte rei Petrus non sit Equus et secundum hanc considerationem
unitas est ratio fundandi relationem praedicamentalem.
Variae ab Auctoribus assignantur relationis divisiones. 1a est illa qua
dividitur relatio in realem et rationis, quod sit relatio realis et rationis,
dictum est sup. 2o dividitur in Relationem transcendentalem
et Praedicamentalem, Transcendentalem vocant illam quae ad
cuiuscumque rei centrum spectat et ad nullum certum praedicamentum
pertinet sed per omnia vagatur et vocatur transcendentalis quia nulla res
est quae illam possit supersugere. Relatio praedicam. est cuius totum
esse est se ad aliud habere. Haec divisio nostro modo non differt
ab illa qua dividitur relatio in relationem secundum esse et secundum dici vel
si magis placet loqui in Concreto in Relativa secundum esse et secundum dici
Relativa secundum esse per illa quae 1o et principaliter explicant relationem
cuius totum esse est ad aliud se habere sc. ad terminum ut per Pater et
Filius Dominus et Servus.
Relativa secundum dici appellantur illa quae habent secundum se nullam explicat
relationem nequeunt tamen explicari aut bene intelligi sine ordine ad
aliud sic sera habet secundum se non explicat relationem sed quietatem
potius, tamen nequit intelligi absque ordine ad scibile sive ad subiectum.

et ideo dicit quod sit ens relativum secundum dici dici dici.
Diximus has duas ultimas divisiones non differre inter se quia relationem praedi-
camentalem existimamus esse relationem secundum esse. Relationem v. Transcen-
dentalem secundum dici dummodo tamen divisio intelligatur de relatione reali
si n. loquimur de relatione in communi certum est non relationis rationis posse dici
relationis secundum esse quod tamen non sit praedicamentalis ut de se patet cum nullum
ens rationis locum habeat in praedicamento.
Huius tamen contrarium docent Alii existimantes relationem secundum dici
latius patere quam relationem transcendentalem, nam iustificator
affert relationem secundum dici quod tamen non est transcendentalis cum non in-
cludatur contrahitur in deo quod talis denominatur quod tamen petitur ad re-
lationem transcendentalem sed hoc nos quidem exigimus in relationibus
realibus non a. rationis, sed relationis transcendentalis nam ut melius intelligatur
Nota est dicere quidam quod differt a praedicamentali. 1a consistit
in hoc quod relatio transcendentalis sive secundum dici possit inveniri
inter ea quae tamen ratione distinguuntur. Praedicamentalis v. Relatio
sic petit duas res quae realiter distinguuntur ut v. g. rationali respicit
animal transcendentaliter ut complectam suam Metaphysicam et tamen sola
ratione haec duo distinguuntur inter se.
Differt 2o Transcendentalis a praedicamentali quod Transcendentalis
possit reperiri inter duo extrema quorum alterum actu non existat et tamen non sit
ens reale, sed n. relatio transcendentalis respiceri non existentia, negationes
et alia entia rationis, v. g. Conceptus repraesentans ens rationis dicit ordi-
nem transcendentalem ad illud et secundum de Rosa in hyeme respicit
rosam transcendentaliter quod tamen pro tunc non existit ut patet.
Differt 3. Relatio Trans. a Praed. quod multoties sit idem cum suo fundamento
vel ut alii dicunt quod multoties includatur in ipsa entitate rei ut
actio v. g. dicit respectum transcendentalem ad suum effectum ut terminum.

Et iste respectus ingreditur ipsam essentiam actionis, non enim potest actio sine hoc ordine concipi, haec tamen conditio non in omnibus eorum habet respectum subtili remoto ut patet.

4°. Differt a praedicamentali quod Relatio praedicamentalis respicit terminum ut pure terminum, transcendentalis non ut pure terminum. respicere terminum ut pure terminum nihil est aliud quam illum tali modo respicere ut nullum aliud munus exerceat circa illum nisi munus respiciendi sic pater ut pater tantum habet respicere filium ad relationem transcendentalis non habet se hoc modo sed praeter respectum exercet aliquod munus circa suum terminum vel aliquam essentialitatem, ut conceptus v. g. repraesentans horum dicit ordinem transcendentalem ad illum quia illum non pure respicit sed respicit illum repraesentando sic in subsultum non respicit pure suum obiectum sed passiones de illo demonstrando et haec est.

Dividuntur 4°. Relativa in Mutua et non mutua, Relativa mutua est quae ex utraque parte est realia et quae est eiusdem ordinis cum mutua dependentia ut Pater et Filius Dominus et Servus. Relativa non mutua est illa, quae ex una parte est realia ex altera v. rationis neque est eiusdem ordinis ut relatio creatoris in Deo et Creaturae, Relatio Creaturae est realis, Creatoris v. rationis. Relativa Mutua iterum dividuntur in Relativa Aequiparantiae et Disquiparantiae. Relativa Aequiparantiae est illa quae respiciunt terminos eiusdem nominis ut simile aequale nam simile est simili simile et sic de aliis.

Disquiparantiae est quae respiciunt Terminos diversi nominis ut Dominus et Servus Pater et Filius. Pater non est Filius pater et non patris.

Ex his patere potest quam relativa spectent ad hoc praedicamentum illa sic: quae est realia et non rationis, quae est mutua quia non mutua cum careant

Ratio reali fundatur ad hoc praedicamentum non spectant nisi forte
ratione fundamenti proximi quod quidquid est aliquid reale.
Item ad hoc praedicam. spectant Relativa Aequiparantia et Disquiparantia
non a. relativa transcendentalia.
Relatio quoque praedicam. definitur ita. Relatio praedicamentalis est accidens quoddam
reali cuius totum esse est ad aliud respicere. Quam definitionem colligimus
ex Arist. qui definivit relationem praedicam. in concreto hoc modo. Ad
aliquid sunt ea quae eadem est ei quod est ad aliquid aliquo modo se habere
Et quidem in plurali definivit quia relatio sic est inter duo neque in uno solo
potest exerceri relatio. definivit non in concreto quia relatio sic exercitur
referendo solutum in ordine ad aliud.

DUBIUM OCTAVUM

An Relatio praedicamentalis distinguatur realiter a suo fundamento
Et a quo sumat specificationem et unitatem numericam
et An habeat unum supremum genus ?.

Sensus quaesiti est An relatio distinguatur realiter a subiecto cui proxime in-
haeret an tantum ratione v. g. similitudo ab albedine. Explicatio est.
Conclusio 1a Relatio praedicam. distinguitur realiter a suo fundamento sive subiecto.
Haec Conclusio est communis inter Thom. et plures. Illa dist. realiter quia unum potest
permanere pereunte altera sed fundamentum permanere potest pereunte relatione
quod dist. realiter inter se. ma est communis non in sententia contrariorum quia impossibile
prorsus est quod aliquid sit sine eo quod est realiter idem cum illo, est n. et
non est. plures m. relatio Paternitatis quae est in Petro v. g. potest destrui et
perire manente Petro vel eius potentia generativa posita casu quod filius eius
moriatur, nisi non potest de novo relatio advenire subiecto cum fundamento iam
prius existenti quod fundamentum potest permanere pereunte relatione et consequenter
distinguitur realiter inter se.

Sed dicunt Aliqui In casu relato pari quidem Paternitatem in Petro fundatur
non a. entitativa sed haec solutio nulla. De illa enim formalitate quaerit
quaerit quaerit an sit realis vel non, si est realis et in illa consistat relatio
fundatur sequitur quod relatio possit separari realiter a suo fundamento et consequenter
distingui realiter ab illo. Si non est realis sequitur quod relatio praedicamen-
talis sed suum esse fundatur non sit ens reale sed rationis tantum et consequenter tollitur
praedicamentum relationis quia omne praedicamentum secundum suum esse fundatur
ut esse ens reale.
Est tamen aliquis difficultas in nostris Thomistas An relatio distinguitur realiter
a fundamento tanquam res a re vel realiter modaliter hoc est tanquam modus
a re modificata.
Nostra sententia consistit in sequenti Choe.
Chro 2a. Relatio distinguitur a suo fundamento tanquam res a re, ita quod
alia entitas sit relationis alia fundamento.
Probatur. Essentia relationis est distincta realiter tanquam res a re quia et existentia cum
inhaerentia illius erit distincta a subiecto tanquam res a re et praecipue
hoc modo distinguitur quando solum erit substantia in quo fundatur non nulla
relationis consequentia. Probatur existentia correspondet essentiae sicut actus potentiae quia
si potentia distinguitur realiter a fundamento tanquam res a re eodem modo distin-
guitur et actus existentia sic: quia haec duo distinguuntur realiter tanquam
res a re in rigore loquendo. Probatur ultima consequentia quia habent proprias essen-
tias et existentias realiter distinctas.
Chro 3. Relationes sumunt suam specificationem extrinsece a termino
Intrinseci ab ordine ad terminum speciei diversum fundatur tamen sumptum.
Sicut V. G. relationes est differentia specifica hominis ita ordo ad terminum speciei
diversum est differentia specifica relationis.

Pro. Entitas relationis in eo consistit in hoc quod respiciat terminum quo iuxta
diversum modum respiciendi terminum sub hac vel illa ratione desumitur
in relationibus divina specifica consequentia. nam secundum gradum desumit ra-
tionem genericam ex oppositis et iuxta ordinem diversum ad formali-
tatem distinctum resultat in distincta specie secundum quod idem fuit in proposito.
Deinde illud dat specificationem quod habet se ad modum formae sed terminus
relationis formaliter sumptus habet se ad modum formae quo ab illo desumitur
specificatio relationis.
3°. Idem est constitutivum et distinctivum alicuius rei ut patet
in ratione quod constituit et distinguit horum a brutis sed relatio dist.
ab aliis praedicamentis per respectum ad terminum quo per illum constituitur
in esse relationis in genere quo et constituitur in tali specie per talem respectum
ad terminum formaliter sumptum.
Diximus in Choice Relationes specificari extrinseci ex terminis quia terminus
non potest esse divina specifica intrinseca cum terminus debeat esse extra
relationem unio et realiter ab illa distingui quo non potest intrinseci illam
specificari. Unde sequitur quod relatio intrinseci specificatur ex ordine
ad terminum specie distinctum quia talis ordo metuditur in relatione intrin-
seca tanquam eius divina specifica.
Dictum est m. Relationem specificari ex ordine ad terminum formaliter
non mediante sumptum, nam album refertur ad aliud album relatione
similitudinis et nigrum refertur ad idem album relatione dissimilitudinis et si
terminus mediante sumeretur similitudo et dissimilitudo essent plane
eiusdem speciei in genere relationis quod falsum est. at quia album terminatur
ad aliud album quantum similis et nigrum terminatur ad idem album
quantum dissimili, hinc est quod similitudo et dissimilitudo dicuntur specie

Et fundatur relatio similitudinis in unitate albedinis, dissimilitudinis v.
in diversitate coloris cum negatione unitatis.

Dico 1. Circa hanc Choc. Relatio in genere causae efficientis specifi-
cari a fundamento, in genere v. causae formalis a termino.
Pbr. Fundamentum est causa relationis quae per illa distinguuntur in genere causae
efficientis, sed ... causae speciei distinctas ut distinctum est sequuntur effectus
speciei distincti ita ut bene sequitur causa differt specie quia in effectu differt
specie distincti quae quando relationis causa est distincta in ipsa relatione erunt distinctae
specie quae

Dico 2. Relationes similiter specificantur ex ordine ad terminum totalem
et adaequatum ut non partialem v. g. filiatio similiter specifica-
tur a termino totali, hoc est a matre et Patre et causa hi est
quia totalitas termini debet desumi ex fundamento, fundamentum v. filiationis
consistit in genito esse et quia ad genitum esse requiritur Pater et mater
ut unum principium totale generationis inde fit quod filius refertur
ad Patrem et Matrem ut ad unum terminum totalem et adaequatum
et sicut actio Patris et Matris requiruntur ut una totalis causa ut
resultat relatio paternitatis et Maternitatis hinc fit quod Materni-
tas et Paternitas terminantur ut unus totalis terminus.

Chio 4. Relationes sicut et alia accidentia sumunt suam
unitatem numericam ex ordine ad subiectum.

Haec Chio est com. in schola S. Th. et probatur 1o. ois distinctio accidentis est
vel specifica materialis vel specifica formalis. Si specifica formalis est distinctio speci-
fica et formalis, si v. specifica materialis est materialis et numerica quia si ponantur
duae Paternitates in eodem subiecto, tunc vel distinguuntur specifice formaliter
et sic erit distinctio specifica vel specifica materialiter et tunc erit distinctio
numerica sive individualis. Et dicunt ulterius. Illa ergo specifica ...
distinguuntur vel est subiectum vel aliquid aliud, non potest dici quod sit aliquid aliud
sed: terminus quia in puncto terminus hic se ut ... extrinsecum respectu relationis.

Deinde illud habet locum materiae in accidentibus quae sustentat illa sed tamen non sustentat relationem cum sit quod distinctum realiter ab illa ergo non potest dici quod sit materia relationis ergo aliquid aliud erit materia illius sed nil aliud potest assignari quam subiectum ergo secundum subiectum distinguentur relationes numerici habebuntur unitatem numericam, ex ordine ad subiectum, quando ergo erit unum numero subiectum erit in una numero relatio, ita ut plures relationes eiusdem speciei solo numero distinctae in unico numero subiecto reperiri nequeant.

Ex 2o. Duae Paternitates dicunt habere in se suam individuationem et illam dicunt desumere ex ordine ad aliquid extrinsecum. Tunc sic arguo Istae duae Paternitates a quo habent esse habent in distinctionem sed habent esse a subiecto cum sint accidentia quae sunt entia in subiecto ergo ab illo habent in distinctionem sed habent a subiecto esse numericum ergo et ab eodem habent distinctionem numericam et non a tribus.

Ex illo ultimo ante quam Ex N. Specialem esse difficultatem in praedicamento relationis an sit habeat unum tantum supremum genus an v. duo Et ratio dubitandi est, nam essentia relativi vel relationis in communi quam nos ponimus pro supremo genere hoc praedicamenti consistit essentialiter in ordinatione ad terminum ergo vel ad terminum superiorem vel inferiorem vel aequalem, non ad inferiorem vel superiorem. quia relatio dicitur esse inter duo realiter distincta sed inferius et superius non distinguitur realiter sed tantum ratione ratiocinata ut dictum est ergo inter illa non potest dari relatio realis. Tum enim quia relativa sunt simul natura sed superius est prius natura inferiori ut patet in arguendo respectu hominis ergo inter illa non potest esse relatio realis. Unde relatio in communi respiciet terminum sibi aequalem et realiter distinctum ergo vel erunt duo suprema genera hoc praedicamenti aut nullum ordo consequi potest. quia neutrum ponitur sub altero sed repugnat esse duo suprema genera alias erunt duo praedicamenta relationis ergo nullum habet relationis supremum genus.

Varij sunt dicendi modi in hac materia quod est contra Thom. aliquis h. tempus
sequentes Caret.
Et cuius Illud supponendum est 1° ut certum apud omnes Relationem
praedicamentalem constituere certum suppositum quod destinatur ab aliis
generibus suppositis aliorum accidentium quod plures non relatio praedicamen-
talis diversis modis afficit subiectum cui inhaeret atque alia accidentium
gratia quod constituit speciale quod suppositum. consequenter patet. diversa n. acciden-
tium gratia constituuntur penes diversum modum afficiendi subiectum
aut plures relatio afficit subiectum ubi sistendo sed referendo illud
ad terminum quod alia accidentia non faciunt.
Supponendum 2° Relationem posse et accipi 1° in actu signato quod
ratione tamen dicit formam quandam accidentalem aptam referre subiectum
ad terminum, non tamen actu referentem quia licet in re non possit dari relatio
nisi denominando subiectum actu relatum cuius tamen contra non est reddere
subiectum actu relatum sed relativum et consequenter relatio sit sumi ut
constituens relativum et non relatum. 2° sumitur Relatio in actu 2°
sumi in actu exercito quod ratione exercet munus relationis reddendo subiectum
actu relatum ad terminum et hoc insinuat Caet. 1° p. q. 4° a. 4
Ubi Relationem in 1° sensu vocat relationem conceptam. In 2° v.
sensu exercitam. His quod suppositis dicunt Auctores illo 1°
1° Relationem conceptam sive in actu signato abstractam ab
omnibus relationibus tam aequiparantiae quam disquiparantiae constituere suppositum
quod h. praedicamenti quia illa est quae continet omnes relationes creatas sub
se.
2° Dicunt Hanc relationem nullo modo habere terminum adaequatum in eo
sed in inferioribus. 1° dictum probant per argumentum adductum sup. non
non apparet ratio cur illi tres adaequatae relationes in eo non possint constituere
aliquod suppositum quod sicut ipsa relatio.

Ex v. probant variis exemplis sicut propositio in cōi est oratio verum
vel falsum significans tamen illa in cōi non significat verum vel falsum
sed tantum in singularibus. Item substantia in cōi dicit primam ad existendum
per se quia tamen non existit per se nisi in singularibus ita non dicunt de relatione
in cōi ad illam sc: satis est quod sit talis natura cui conveniat
habere terminum in singularibus, licet in illo statu relationis in cōi ipsum non
habeat.

3 Dicunt. Relationem in actu 2° quia actu refert illum habere terminum
sibi respondentem et addunt relationem aequiparantiae et relationem simi
litudinis in cōi conceptam non habere terminum nisi in individuis quod sic probat
quia ille terminus non est relative oppositus alteri relationi ergo non posset illam
tractare consequentia pat. plus autem quia nullo modo ab illa differret, non numero
quia est precisa ab individuis nec gratia nec specie quia illa similitudo
precise est una secundum speciem ergo non potest dari talis terminus et per hanc doc-
trinam effugiunt Auctores isti principalem difficultatem argumenti
supra positi.

Ens Dicendi modus est aliorum Thomist. assertionum relationem in
cōi habere terminum in cōi non inferiorem sed superiorem analogum abstra-
hentem a relativo et absoluto, ex quo tamen nullo modo inferri est con-
stituenda in hoc praedicamento duo suprema gratia. Tunc quia non constat
aequitas, tunc non quia terminus sub ratione formali terminus abstrahit a relativo
et absoluto unde non potest constituere speciali genus relationis quia haec
ratio abstrahens non est univoca, nam inter ea quae tractant relationem 3ª gratia
quidam sunt substantiae quidam accidentia, modo substantiae finitae modo infinitae
sed substantiae et accidentia substantiae finitae et infinitae non potest dari
quod univocum ergo erit analogum. Tunc ultra Ad quod suprema
genus non potest esse analogum sed nostro dicit esse quod univocum ergo ille terminus
in cōi cum habeat quidam analogiam non poterit aliud suprema
genus constituere et haec doctrina supponit difficultatem infra tractandam
An relatio terminus ad absolutum vel relativum.

Et supposito quod quidam relationes trium ad absolutum quidam ad relativum
facilis est illi modus dicendi et consequenter solvit rationem dubitandi supra
propositam. Unde et secundum hunc modum dicendi Respondeo verum esse ante
se: relationes centrum consistere in hoc quod respiciat trium uti ex
eius descriptione sup. data colligere possumus et quando dicitur trium debere
realiter distingui a relatione et consequenter trium non posse esse quod supra in
superiori non distinguuntur realiter ab inferioribus Respondeo cum distinctione
Trium debet distingui realiter a relatione sumpta in actu singulo ergo propositio
In actu exercito concedit est dicere quod huic vel illa relatio in
particulari distinguatur realiter a suo termino, non vero relatio communissime
sumpta.

Ch. 5. Utrumque modus dicendi est probabilis licet ergo
videatur coincidere cum 1° quod ad solutionem datam ad
principium difficultatem.

Rationes pro utroque modo iam sunt adducta et quilibet modus dicendi potest justi-
ficari.

Ch. 6. Probabilior videtur nobis 2. modus quod scilicet relatio in communi
habeat trium sibi correspondentem abstrahentem a relativo
et absoluto.

Probatur 1° ratione adducta in principio dubii. Probatur 2° Conceptus communis ab-
stractus ab inferioribus debet contineri in se rationem centralem inferi-
orum ut conceptus hominis abstractus a Petro et Paulo continet rationem cen-
tralem illorum sed ratio centralis quorumcumque relationum particularium
est referri ad trium ergo hanc rationem debet contineri conceptus communis ab-
stractus a relativis particularibus. Ex quo sequitur relativum in communi
referri ad trium in communi sicut relativum in particulari, vel
non esse relativum abstractum a singularibus.

Ad 3. quod nullus definiri Patrem in eo non potest definiri nisi per eorum ipsius terminum scilicet per filium in eo quod Pater in eo refertur ad filium in eo quod et relativum in eo ad terminum in eo.

Ex his facile Patri potest ad omnia argumenta quae fieri solent in istum dicendi modum et alterius omnia patebunt ex dicendis infra.

Arg. 1° Ducto Pariete albo Romae resultat relatio similitudinis in Pariete albo existente Friburgi sed haec relatio resultans nullam habet causam realem sui causativam quod nihil erit reale et consequenter non distinctum ut res a re a suo fundamento. ma e certa probatur minor. illa relatio similitudinis non potest effici a termino quia albedo Romae existens non potest agere in albedinem hic existentem et alias spargeret in innumeras relationes in res infinitas ~~tamen~~ totius ~~[illegible]~~ universi ad ijs referretur ratione similis vel dissimilis

naturaliter a fundamento non ante terminum existentiam resultaret quia cum fundamentum sit causa naturalis non impedita nunquam sit operatur vel dicitur ratio quare petat existentiam termini.

Respondeo quod relatio posito termino resultat ex fundamento per simplicem resultantiam et non emanat ante terminum existentiam quia ex sua natura pendet a termino existente et non est quod nomen quod causa nunquam et naturalis non possit aliquando operari quandoque ponatur aliquid extrinsecum a quo effectus dependet, sic non potest motiva existens in pedibus aut alijs membris non potest exire in actum nisi existat in appetitu sensitivo interiori actus imperans talem motionem et secundum probabilem opinionem Theologorum in illa existibit angeli dantur species representantes omnes actus liberos alterius angeli et tamen non potest unus angelus cognoscere liberos actus alterius angeli donec alter praebeat assensum.

passiva sed satis est quod habeat se ad modum potentiae passivae sicut si
liatio Petri fundatur in potentia passiva illius non proprie loquendo de
potentia passiva sed accipiendo illam pro ipsa essentia generabili quae
stat sub hac passione. Unde ad argumentum pleno Respondeo non esse necesse quod ratio
fundandi sit in eo in quo est relatio sed sufficit quod solum talis relationis
immediatum sit in illo ut contingit in Patre in quo non est complex generatio
quae est ratio fundandi paternitatis bene tamen est in illo potentia generativa.
Arg. 2° Relationes creaturae et creatoris sunt 3ii generis et tamen non fundantur
in ratione mensurae et mensurabilis sed in actione et passione ergo
fundamentum 3ii generis non est recte assignatum maior patet per 1m modum. ideo
non respicit creatura Deum quia ab illo est producta sed productio est
actio ergo relatio creaturae fundatur in actione et passione Respondeo ad 2m ma.
et negando minorem ad probationem minoris Respondeo 1° illam relationem formaliter quae fundatur
in actione productiva vel conservativa creaturae potest reduci ad
2 generis. Respondeo 2° ex S. Th. quod omnis dependentia unius ab alio sive
tamen dependentia alterius ab illo spectat ad 3 generis relationes et quia
creatura in suo esse dependet a Deo, non tamen Deus a creatura hinc illa
relatio ut fundata in actione productiva reducitur ad 3m generis. Itaque
creatura proprie refertur relatione 3ii generis ad Deum in quantum immediate
illum ut suam mensuram licet tamen in quantum producta ab illo potest
ad hoc 3m generis revocari.

Et quando dicitur Relationes mensurati non possunt fundari in actione. Respondeo verum
esse de relationibus quae sunt proprie mensurati non vero de relationibus quae sunt mensurati
quia mensuratum dicit ipsum cum dependentia a sua mensura sive
mutua dependentia mensurae a mensurato.

Arg. 3. Scientia in sua essentia est mensuratum quod et tamen ut sic non est relativum
sed absolutum ergo mensuratum ut sic non est relativum et ergo 3. genus non est
recte assignatum. Respondeo Mensurabile. Et accipi potest 1° pro re quae mensurat
sive pro ipso fundamento mensurationis et hoc modo ipsa essentia scientiae dicitur
mensurata sive adaequata suo obiecto et secundum hanc acceptionem scientia
est ens absolutum spectans ad praedicamentum qualitatis. 2° accipitur
Mensurabile prout formaliter dicit relationem consecutam ad talem
adaequationem cum mensurationem quae dicitur mensurabilitas formaliter et
haec est relatio huius praedicamenti. Et eodem duplici modo praeaccipi
mensura ex quo satis patet ad argumentum.

Circa 2am 4 Assignat Aristoteles proprietates relationis.

1a est quod Relativa habeant contrarium ut virtuti contraria Vitium
haec proprietas non convenit relationi ut relatio est sed ratione fundamenti ut dicit
Caret. nec tamen omni fundamento competit sed tantum qualitati.

2a est quod Relativa suscipiant magis et minus similiter quod est
relativum dicitur magis vel minus tali, haec proprietas in primis non con-
venit omnibus relativis nam duplum non dicitur magis duplum. Unde
haec proprietas convenit in relativis ratione fundamenti quae per se suscipiunt
magis et minus.

3a est quod Relativa dicuntur ad Convertentiam i. quod unum rela-
tivum explicatur per ordinem ad aliud ut Pater est filii pater. Caret.
explicat hoc modo dici ad Convertentiam nihil aliud est quam quod se relativa
mutuo respiciant et hic mutuus respectus diversimode reperitur in 3
generibus.

4a quod Relativa ut relativa sunt simul natura. Ad hanc proprietatem
patet ex dictis conditionibus.

1a est quod uno relativo existente nullo existat et alterum et uno sublato tollatur et alterum ut existente Patre nullum est esse filium sublato v. Patre nullum est tolli et filium et est ita
2a est quod neutrum relativum sit causa alterius secundum rationem formalem referendi licet secundum rationem materialem possit esse causa illius ut patet in quantum patet non est causa filii sed in quantum homo Et ex hoc facile solvitur argumentum illud quod fieri solet ita hanc hoc modo.
Causa et effectus sunt relativa et tamen causa prior est suo effectu quia non sunt simul nam relativa. Ergo quod causa materialiter sumpta sit prior suo effectu non tamen formaliter.
De his proprietatibus plura videri poterunt in Caiet. et aliis.

CAPUT DE QUANTITATE.

DUBIUM UNDECIMUM &c.

In quo consistat essentia quantitatis praedicamentalis quae eius species et proprietates?

Explicatione pro quaestionis Dr. Hoc nomen quantitatis habet multas easque omnino diversas significationes. 1o n. significat quamcunque formam vel dictam sive substantialem sive accidentalem quae forte non raro dicitur praedicari in quale ut supra de dicta 3o praedicabili dictum est. 2o significat quamcunque accidens praedicamentale 3o accipitur pro eo quod ponitur formaliter in hoc 4o praedicamento, cuius natura ita Philosophis ita ignota fuit ut nix aliquid certi de ea statuere aut concludere potuerint. Arles hoc modo naturam quantitatis descripsit. Quantitas est qua quantitas quidam dicuntur. hanc quantitatis descriptionem nonnulli Aristotelico ingenio indignam arbitrantur ob argumenta quae propter ea eam adduci solent sed nos eam cum S. Th. ut bonam descriptivam tamen utpote per effectum formalem et assignatam recipimus et approbamus.

Explicuit ergo Aristoteles in primis quantitatis naturam per effectum formalem illius eo quod
effectus sit nobis notior quod patet quia composita sunt nobis notiora simpli-
cibus atque effectus quantitatis est quod compositum ex habitu sive quantitatem et
quantitate habita, quantitas autem secundum se in abstracto considerata est sim-
plicissima ergo recte descripsit Aristoteles quantitatem per suum effectum formalem
tantum per aliquid nobis notius, sicut si quis describeret albedinem
hoc modo Albedo est qua aliquid dicitur album describeret albedinem
per suum effectum formalem sive album eam ergo Aristoteles explicat tum
naturam quantitatis per suum effectum formalem restat inquirendum quid in se sit
ista quantitas que est genus generalissimum hoc praedicamenti.
In qua re plane multum controversa quod nos sentiamus sequentes
indicabunt Chronicos.

Chronicus 1. Essentia quantitatis in communi non consistit in eo quod sit quidam
ornamentum substantiae illam intrinsece ornans in ordine
ad se et ad propriam naturam.

Haec Chronica est contra Suarez et probatur 1. ornare substantiam in ordine ad
propriam naturam est proprium habitus et dispositionis spectantis ad partem
speciem quantitatis quia natura substantiae bene vel male disponitur in ordine
ad se ergo non potest esse ratio quantitatis in communi, cum non conveniat omnibus eius speciebus.
Probatur 2. Habitus Vitiosi non sunt ornamenta substantiae sed potius tollunt
eius decorem et pulchritudinem similiter calor excessivus respectu hu-
mani quod per nimio calore tedit et debilitat sunt verae quantitates et
tamen non ornant sed potius destruunt substantiam ergo essentia quantitatis non consistit
in ornando substantiam intrinsece in ordine ad propriam naturam.

Chronicus 2. Essentia quantitatis in communi consistit in hoc quod sit
modus formalis disponens substantiam ad essendum vel
operandum.

Haec Chr. e S. Th. 1a 2ae q. 49 a. 2 in corp. Et quia rerum centrae
non possunt probari aut demonstrari a priori ideo explicanda hic erit
centra qualitatis. Dicitur in primis qualitas modus formalis ad quod insinuandum
quod qualitas sit quaedam determinatio substantiae quae formaliter determinatur et limitatur
in genere qualitatis sicut non forma habet determinare res ad certas species ita et
qualitas ipsum habet. Ly Modus non debet accipi rigorose pro illo sed: Extre-
minutissimo et imperfectissimo quod ex sua natura est ens incompletum
et hic reductive spectat ad praedicamenta sed debet accipi pro aliqua
entitate accidentali perfecta et completa quae afficiat et disponat
substantiam. Et dicitur Modus disponens substantiam nomine dispositionis ut quaedam
ordinatio substantiae illam specialiter afficiens qualificando iuxta varietatem
qualitatum. Unde hic in memoriam revocandum est id quod sup. in praedi-
camento quantitatis diximus sed: ordinationem partium substantiae potest accipi
Et 1o. pro ordinatione earum in ordine ad locum quae ratione est una pars
extra locum alterius. 2o. pro ordinatione illarum in ordine ad se quae ratione
una est velut sedes alterius sicut collum est sedes capitis et manus
est sedes digitorum. Quando ergo asserimus dispositionem substantiae provenire
a qualitate non loquimur de ista ordinatione partium, haec non rigorose
loquendo est extensio potius quam dispositio et provenit a quantitate et est
ipsa qualitas sed loquimur de peculiari ordinatione substantiae secundum
affectiones qualificativas quam ordinationem explicant nulli pro deter-
minatione secundum mensuram quia modus est quem mensura praefigit et in hoc
consistit centra qualitatis quae est genus generalissimum hic praedicamenti convenit
univoce omnibus speciebus qualitatis. Omnes enim species qualitatis conveniunt in hoc
quod modificent et disponant formaliter substantiam ut ex infra dicendis
patebit. Deinde genus generalissimum hic praedicamenti est praedicatum univocum
respectu omnium specierum quae ponuntur in recta linea sicut omnia alia supra

pro ceterorum fundamentorum quod omnes species qualitatis conveniant uni rationi
in ratione qua qualitas non fuerit explicata.

Circa 3 Aristoteles hunc dicens ponit generationem: hoc fundamenti
4 assignat qualitatis species ad quas omnia alia hinc quae sunt reducuntur
atque illa divisio quae adaequata est et bona.

Ergo ratio S. Th. quod habet primo 2ae quaestionis 49 a. 2 et est huiusmodi qualitas
est modus substantiae disponentis et determinantis substantiam quod habet certas species
qualitatis et modis contingit substantiam disponi et determinari sed tantum 4 modis
contingit substantiam secundum quod disponi et determinari quod tantum 4 causis
species qualitatis. primum totum omnes concedunt omnes Auctores plurimi naturam
vel qualitas disponit substantiam in ordine ad propriam naturam vel bene vel
male sic habetur et sic est prima species qualitatis scilicet habitus vel dispositio. Vel non
disponit substantiam in ordine ad operationem et hoc dupliciter vel non
disponit illam in ordine ad operationem vel proximum illius aut tantum ...
sic disponit tantum proximum operationis constituitur 2a species qualitatis scilicet naturalis
potentia vel impotentia, si vero disponit vel ... operationis tunc constituitur 3a
species qualitatis quae appellatur passio vel passibilis qualitas et ab hac qualitate
substantia patitur passionem corruptivam suae substantiae, si vero qualitas
disponit substantiam in ordine ad quantitatem tunc constituitur 4a et ultima
species qualitatis scilicet forma vel figura quod sint tantum 4 species qualitatis quia
nullus alius modus superest videtur quod substantia disponi aut determinari possit.
Has omnes vel melius illas singulas explicare oportet quod singulas species in
particulari dicant Et in primis describuntur ab Aristotele. Prima species qualitatis
Habitus vel dispositio et est naturalis potentia vel impotentia quae habet proprie ...
substantiam quam habitus vel dispositio ... est ... naturam ...

sunt habitus et dispositio sed tantum in ordine ad operationem ideo prius ponitur
Habitus vel dispositio quam naturalis potentia vel impotentia quia prius sunt considerandae
ea quae naturae secundum se conveniunt et postea quae ei conveniunt in ordine ad
operationem.

Est a. Habitus qualitas quaedam bene vel male disponens naturam subiecti
quae propria natura et essentia est difficulter a subiecto mobilis ut sunt omnes scientiae
et virtutes multis actibus acquisitae. Dispositio vero est qualitas bene vel
male disponens naturam subiecti quae propria natura et essentia est facile a
subiecto mobilis ut sanitas vel virtus alii per unum aut alterum actum
tantum comparata.

2a. Species qualitatis vocatur Naturalis potentia vel impotentia et similiter hic impotentia non
mere negativa pro carentia potentiae sed positiva pro entitate reali et positiva
quae impotentia dicitur. Ad hanc speciem ultimam est N. nomine potentiae et impotentiae duo
potentiae intelligi 1o nomine potentiae potest intelligi potentia activa, Nomine vero impotentiae potentia
passiva quae a natura tantum est destinata ad recipiendum et non ad agendum
et in hoc sensu potentia et impotentia distinguuntur specie, ratio est quia ex communi sententia
Philosophorum potentia activa et potentia passiva cum quod idem est potentia determinata ad
agendum et potentia determinata ad patiendum distinguuntur specie ergo si nomine
potentiae ultimae potentia activa et nomine impotentiae potentia passiva potentia et impotentia
distinguuntur specie et contrahitur. 2o nomine potentiae potest intelligi potentia quaedam
perfecta fortis et efficax ad agendum et non ad recipiendum facile sed
ad resistendum contrariis v.g. Virtus quae est in igne ad calefaciendum
et virtus visiva quae est in adolescente ad percipiendos colores vocantur
potentiae quia sunt virtutes quaedam perfectae et fortes ad actus eliciendos et ad
resistendum contrariis. Nomine vero impotentiae potest intelligi debilis potentia ad
agendum et resistendum contrariis sicut v.g. in senex est debilis potentia
ad videndum et ad alia exercenda ut ad currendum &c.

simulat in Lana et Sera est naturalis quidam debilitas ad resistendum
contrarijs quia non habet ullam duritiem ratione cuius possit resistere
igni aut alio contrario. Si ergo nomine potentiae intelligatur potentia fortis et efficiens
ad operandum vel resistendum contrarijs nomine vero impotentiae intelligatur potentia debilis
ad agendum vel resistendum sic potentia et impotentia quae ponuntur 2o loco inter species
qualitatis non dicunt speciem sed tantum accidentaliter penes perfectum et imperfectum
sicut potentia visiva in Juvene et Sene est eiusdem plane speciei quia in
utroque habet idem ultimum formale a quo sumit suam specificationem, differt tamen
in illis duobus penes perfectum et imperfectum quae diversitas tantum est naturalis
et accidentalis, non vero formalis et specifica sicut puer et homo adultus dicunt
intra eandem speciem naturae humanae penes perfectum et imperfectum.
Differt a. haec 2a. species qualitatis a 1a. quod haec 2a. sit data ad simpliciter
operandum. Potentia enim in proprio conceptu essentiali nihil aliud affert quam quod
absolute sit principium operationis, non tamen disponit substantiam bene vel male
in ordine ad propriam naturam vel in ordine ad operationem. 1a. a. species habitus
sic: vel dispositio est qualitas perficiens substantiam ut bene vel male se habeat
1o et per se in ordine ad propriam naturam consequenter vero et Ethica solent eandem
perficere bene vel male in ordine ad operationem quae est finis naturae.
3 species qualitatis vocatur Passio vel Patibilis qualitas. Nomine Passionis
intelligi potest receptio formae in subiecto, est a. duplex passio 1a. vocatur corrup-
tiva sicut aqua patitur solet ab igne recipiendo calorem a quo corrumpitur
2a. vocatur perfectiva et est receptio formae perficientis subiectum ut rubor in
multo gaudium in corde. Est ergo quaestio quae ratione hic accipiatur passio
quae est species h. praedicamenti et Rs hic accipi passionem secundum utrumque
sensum sic: tam secundum formam perfectivam quam corruptivam, itaque omnis

qualitas disponens sed non tribuendo aliquam formam sive illud proficiendo
sive corrumpendo spectabit ad hanc 3m speciem qualitatis ut v.g. ira odium
tristitia gaudium et vocantur ista omnia qualitates quia ab appetitu sensi-
tivo exercentur cum aliqua corporali transmutatione ex gaudio n. dilatatur
cor et ex ira accenditur sanguis circa cor. Item ad hanc speciem spectant
pallor et rubor in vultu, albedo et nigredo et alii colores qui resultant
ex aliqua passione physica sed ex transmutatione primarum qualitatum
quae sunt calor et frigus, humiditas et siccitas.

Differt v. Passio a Patibili qualitate non continuitur et specifice sed acci-
dentaliter v.g. Rubor cito transiens orbus ex verecundia vel diu durans
orbus a natura eandem hanc continuam et tamen differunt nisi si penes ista
accidentia diu sed aut parum durare. ratio est. nam duratio est extra
rei continuam cum duratio nihil sit aliud quam unio persistens continuae et
existentiae sed haec unio est extra rei continuam ergo parum aut diu
durare sunt h. species accidentia et non continuales dicuntur.

4a Species qualitatis est Figura et Forma nomine formae intelligitur
forma artificiali vel in rei naturalis quae constituitur in certa specie
accidentali ut forma domus scamni aut turris et non intelligitur hic
quaecumque forma substantialis aut accidentalis sed intelligitur forma quaedam specialis
quae constituit artificiatum vel eius naturae in ratione talis, nomine a. figurae
intelligitur eadem forma quae est terminus qualitatis ut forma Trianguli aut qua-
dranguli quae peculiares modi qualitatis vocantur figurae.

Nota hic Terminationem qualitatis esse triplicem aliam Intrinsecam
et aliam Extrinsecam Intrinseca terminatio qualitatis consistit in punctis
et superficiebus de qb. sup. quae omnia dicuntur termini intrinseci qualitatis. Alia
est Terminatio extrinseca quae non unit partes qualitatis sed est modus formalis
illam afficiens sub certa quaedam ratione ut quadrangulare aut

triangulari et ista terminatio vocatur figura, eadem quoque qualitas realiter
quatenus sequitur actionem artificis vel in agentis naturalis illam in quantum
introducentis vocatur forma. quatenus vero causatur ex terminatione intrinseca quantitatis
vocatur figura. Unde et distinctio quae est inter formam et figuram est tantum
rationis quia est eiusdem rei diversimode conceptae scilicet vel in ordine ad
agens vel in ordine ad istam terminationem quantitatis.
Alii alio modo explicant dicunt enim formam esse qualitatem resultantem ex
terminatione quantitatis non secundum se spectatae sed secundum rationem formae ut forma
Leonis forma scamni. Figuram vero dicunt esse qualitatem resultantem ex
terminatione quantitatis secundum se spectata hoc est non habita ratione formae in
quae est ut triangulus circulus et haec expositio clara est nec multum
a prima differt.
Neque dicas figuram et formam non esse species qualitatis eo quod non afficiant
substantiam immediate sed qualitatem ut ex dictis colligitur.
Respondeo non peti ad qualitatem quod immediate afficiat substantiam sed sufficit quod me
diate et hinc sequitur figuram et formam centraliter participare naturam qualitatis
quia saltem mediate afficiunt substantiam et idipsum probat Aristoteles quia a
figura et forma denominantur qualitates ut a forma formosi a figura figurati
quod forma et figura erunt verae species qualitatis.
Offert se tamen non leve dubium circa primum speciem qualitatis an scilicet habitus
et dispositio dicantur species. An vero sint eiusdem speciei et dicantur tantum acci
dentaliter. Et videtur quod sint eiusdem speciei primo.
Quia Aristoteles in hoc praedicamento habitum et dispositionem sub unius speciei
nomine collegit quod secundum Aristotelem habitus et dispositio non distinguuntur
specie. Secundo idem probatur ex dictis scilicet quia multos actus comparata est
habitus scilicet vero per unum aut alterum actum tantum comparata est

dispo sed hae duae sera non dicunt spec cum habeant idem oltum
formale ergo non habitus et dispo non distinguuntur spec.
Rs tn Habitum et dispo esse diversae species et centialiter
distingui in ratione qualitatis.
Sed 1o Est difficulter mobile ex propria natura et non est tale ex propria
natura non est merum accidens sed aliquid petitum ex intrinsecis propriis sed
habitus est difficulter mobilis ex propria natura non v. dispo ergo habitus et
dispo dicunt non solum aliquid accidens sed solum aliquid intrinseci metuum
in centia.
Sed 2o Habitus temperantiae v.g. et dispo ad illam habent oltum formale
dicta ergo dicunt spec. consequentia pat. plus autem oltum formale habitus temperantiae
est bonum delectabile solum gustum conformi rationi cum facilitate
et iucunditate, dispo v. idem oltum respicit cum tristitia et
difficultate sed ista sunt oltum formale dicta ergo aut verum. Unde
Ad rationem 1m in contrarium adductam Rs quod Aristoteles Habitum
et Dispo collegerit nomine unius speciei non infimae sed subalternae
illaque habitus et dispo conficiunt unam speciem non infimam sed sub
alternam quae subalterna species his duobus nominibus explicatur non habens
aliud certum nomen.
Ad 2m Rationem Rs quod sera per unum aut alterum actum comparata
dicta fuerit ab Aristotele et a nobis dispo non centialiter sed solum modum
quia habet modum dispo quando mediocriter est acquisita, est tamen illa sera
centialiter habitus quia habitus sera unico actu generatur. Sed contra
Instas 1o Dispo omnes sunt facile mobiles ergo nullus habitus erit
ex sua centia difficulter mobilis consequentia plus quia habitus causatur ex dis
positionibus. Rs concedo aut et negando consequentiam. Habitus n. non habet suam
immobilitatem ab actibus seu dispositionibus ut a ratione formali sed
ex propria natura ex qua habet oltum formari et illi firmiter adhaerere

qua est qualitas subjectivus totaliter subtum, licet ergo dispositiones sint facile mo-
biles, non tamen habitus ab illis causati.
Instas 2° dispositio fit habitus ergo non dicunt species post consequens quia una species
non potest componi ex alia. Respondeo ad 2m dicendum quod sic: dispositio fiat habitus sed
ex praecedentibus multis actibus generatur una qualitas quae ex natura sua est diffi-
cultas mobilis.
Circa 3 speciem qualitatis est non aliquid dubium quia ratione sic: distinguitur
a 1a nulla siquidem videtur inter has duas species intercedere distinctio
cum eadem omnino qualitas possit spectare ad 1am et ad 3am speciem ut caliditas
et frigiditas recensentur inter palibiles qualitates spectantes ad 3am speciem
et non continentur sub habitu vel dispositione 1a speciei qualitatis ergo inter has
duas species nulla apparet distinctio quae tamen nostro admitti debet si divi-
nam Aristotelis legitimam esse notamus.
Ad. Dubii Resolutio pendet ex illa quaestione in hac materia satis communi An
sic: alicui qualitas individua possit spectare ad diversas species, cui
quaestioni nos respondemus affirmative sic: unam et eandem qualitatem bene
potest collocari in duabus speciebus secundum diversas tamen rationes formales sic sentit
Aristoteles in hoc praedicamento quod in 1a specie collocat calorem et frigus et
in 3a dicit tamen esse calorem et frigus. Aristoteles consentit S. Th. loco sup.
scripto citato Et probatur ratione. Calor ignis v.g. est connaturalis et
conveniens dispositio secundum eius naturam sicut et calor in mediocritate est
conveniens dispositio cuicumque corpori mixto sed eadem entitas caloris
causat passionem in sensibus externis cum potentia tactus revera patiatur reci-
piendo calorem ergo eadem individua qualitas spectabit ad 1am et 3am speciem
consequens est evidens quia ad 1am speciem qualitas spectat disponere subtum
connaturaliter et convenienter suae naturae. ad 3am vero spectat potentiam causare
passionem in sensibus vel potentiam esse terminum passionis itaque calor et frigus

sit in 3a specie qualitatis quae sit termini passionum vel quae causant illas
et haec ratio convenit eis simpliciter ut dicit Caret. ubi convenit vel
naturae sufficit vel disconveniunt sit in qua specie qualitatis.
Ex his clarius intelliges naturam 3ae speciei passionis sc. et patibilis qualitatis
omnis n. illa qualitas quae est trium alicuius passionis vel in quae causat talem
passionem spectat ad 3am qualitatis speciem et nomen passionis intelligitur
alteratio et actus appetitus interioris sensitivi. Ita hoc tu.
Arg. Nulla entitas potest esse in duabus speciebus eiusdem generis ergo nulla
qualitas individua poterit spectare ad diversas species qualitatis consequens patet
plus autem duae species afferunt diversas oppositas sed diversae oppositae
non possunt eidem convenire ergo antecedens verum. Ex 2o antecedens nulla entitas
secundum eandem formalem rationem potest esse in duabus speciebus eiusdem generis secundum
secundum diversam ergo antecedens. Exempl. clarum est in Mixto quod cum sit
eadem entitas realiter sustentat tamen rationem formalem activam
sc. et passionis et ratione harum duarum formalitatum constituitur in diversis
praedicamentis ita in eadem entitas caloris tanquam aliquid manente sus-
tentat rationem formalitatem dispositionis sc. et passionis et haec verum
sit quod individuum in linea substantiae non possit contineri sub duplici
specie quia tales species afferunt formas substantiales cum omnes excludentes cum
expellentes ab eadem materia, individua tamen accidentium secundum di-
versas rationes formales sub duabus aut pluribus speciebus poni non repugnat
cum tandem omnes a substantia veluti a proprio recipiente sustententur et
conserventur et si hoc individuum qualitatis considerentur secundum illas species
simul sumptas ipsis haec potest bene dici potest ens per accidens, taliter a. non
ponitur in una sed in diversis speciebus qualitatis.

Ps 2: Repugnare quidem idem individuum primario spectare ad
diversas species, non vero repugnare si primario ad unam et secundario
ad alteram pertineat sic a. contingit in illis qualitatibus quas nos in di
versis speciebus collocamus.

Quaeres hic ad quam speciem qualitatis spectant species sensibiles et elementales
tam in ratione quam sensu existentes. Ps illas spectare ad 2am speciem
sc: ad potentiam. Ratio est quia illae species dantur ad simpliciter operandum
et percipiendum. Illum quoque spectant ad 2 speciem quae vocatur potentia. Sequitur
pat ex dictis quae est inter potentiam et 2 speciem. 2a n. dantur ad simpliciter
operandum non currendo an bene vel male. 1a v. species sic dantur ad
bene vel male currendum vel operandum respectu sensibilis.

Ad tandem 2 speciem qualitatis sc: potentiam spectat non character sacra
mentalis quia ipse est virtus spiritualis in ratione existens concurrens active
instrumentaliter ad munera spiritualia exercenda simpliciter et praeci
pue ad consecrandum. Ad hanc tamen speciem non pertinet gratia Fides
Spes aut charitas neque alii habitus supernaturales infusi quia in
primis gratia bene disponit animam quae spectabit ad 1 speciem qualitatis. Quod
tamen ad 2am speciem revocari quia ad exercenda bona opera gratia videtur
simpliciter unica cum sit principium et radix omnis boni sine qua nil bonum
poterit esse in homine. Caeteri non habitus enumerati ad 1 speciem spectant
quia dantur ad bene operandum et non ad simpliciter cum sine talibus habitibus
possunt exerceri actus supernaturales si Deus praestaret suum concursum prius
communicando illis aliquod auxilium efficax. Item ad 1am speciem
qualitatis spectant omnes actus illius et voluntatis quia tales actus disponunt
potentias illas bene in ordine ad suam naturam et ad eandem speciem
revocatur verbum mentis et illorum productum tamquam terminus intrinsecus
illorum.

3a hoc arg. Charitas est facile mobilis a subiecto quod non potest spectare ad
1. speciem qualitatis sc. Habitum neque non potest dici dispositio cum ex sua
natura habeat firmari subiectum quod. Rx Charitatem spectare ad habi-
tum et idem dicimus de aliis habitibus infusis ad impug. dicitur Cha-
ritatem esse facile mobilem per accidens ex eo sc. quod sit in subiecto libere
voluntatis quod libere per actus peccaminosos illam potest amittere et
destruere ex sua tamen natura esse difficulter mobilem quia ex sua natura
habet sibi stipulari subiectum totaliter illudque firmari quod ad naturam habitus
sufficit.

Ex quibus Illud dicitur ex Caret. quod Habitus multiplicetur dicatur aliquando.
dicitur habitus secundum rem non v. secundum modum et est ille qui ex sua natura est
difficulter mobilis, habet tamen modum dispositionis quia ex aliqua causa accidentali
facile amitti potest et talis habitus est Charitas sicut non secundum per unum
aut alterum actum tamen aequisita est habitus secundum rem dispositio v. secundum
modum quia facile amittitur si non conservetur per frequentationem
actuum. Aliquando dicitur Habitus secundum modum tamen secundum rem tamen est
dispositio ut Hectica secundum rem est facile mobilis et consequenter secundum
secundum rem dispositio, ratione tamen conditionum h. modi modi in quo est
calor excessivus metuens in ossibus est difficulter mobilis Et ex hoc
habet modum habitus. 3o tandem dicitur Habitus secundum rem et modum
et est ille qui ex sua natura est difficulter mobilis et non respectu talis
subiecti in quo est. Sicut secundum per multos actus ~~aequisita~~ et longum tempus
aequisita est habitus secundum rem et modum et talis secundum fuit in S. Th.
Arte et aliis.

Chro 4. 3 est proprietates qualitatis.

1a est quod qualitas habeat per se contrarium ut v. g. albedini contrariatur
nigredo calori frigus hoc proprietas si de vera et rigorosa contrarietate

figurae n. ratione sui nil contrariatur nec circulus circulo aut quadratum quadrato contrarium est. 3a proprietas quod v. soli conveniat qualitati patet quia nullus alia forma dicitur differre a qualitate quae sub eodem genere magis distent et mutuo se ab eodem subiecto expellant et dicitur est quod dicitur quia ceterae omnes similiter se contrariantur hoc non habent quod se et ratione sui sed ratione qualitatis

Est hic difficultas hic an haec proprietas conveniat qualitatibus intermedijs ut v.g. colori rubro aut caeruleo.

Ad h. dub. resp. Nb. esse duplicem contrarietatem unam quae necessario contrarietas respicit alterum quod necessario talis sunt q.d. contrarietas quae principaliter convenit his extremis qualitatibus ut albedini et nigredini contrarietas v. secundum quam convenit qualitatibus intermedijs ut colori luteo aut rubro respectu nigri aut albi. et necessario contrarietas secundum quam quia rubrum non ratione sui sed ratione albedinis contrariatur nigro, albo v. contrariatur ratione nigredinis. quale v. Aristoteles hic dixit contrarietatem esse inter qualitates non autem inter concreta qualitatum loquitur de contrarietate quae principaliter in quantum non hic contrariatur et frigus calori videtur ...tate.

4a proprietas est quod qualitas suscipiat magis et minus hoc est quod qualitas possit intendi et remitti unde unum album dicitur magis vel minus album et dicitur hoc dici magis sapiens quam alius et haec proprietas convenit quidem soli qualitati quae proprie dicitur intendi et remitti non tamen omni quia non videtur convenire quartae speciei scilicet figurae cum nec circulus non dicatur magis vel minus circulus nec unum quadratum magis vel minus quadratum nisi forte valde improprie

Circa hanc proprietatem movent doctores aliquale dub. hic an qualitas in se ipsa suscipiat magis aut minus an v. tantum ratione subiecti hoc est

An quando intendit album vel calor tantum augeatur participatio qualitatis
v. g. albedinis in subiecto an v. ipsa qualitas in se augeatur vel non. Ad
hoc dub. Respondeo In intensione aut remissione qualitatum non tantum augeri
vel minui participationem qualitatis in subiecto sed tamen ipsa essentia qualitatis
augetur intrinsece, non tamen ut a subiecto separata sed ut illi applicata et
inhaerens.

Ad 1. Pars h. Responsionis Ut alii formae magis vel minus participent
a subiecto dicitur illa forma in se habere magis vel minus alias dare tali quod
subiecto quod non haberet quod est impossibile ergo intensio qualitatis tenet se tamen
ex parte ipsius formae et non tantum ex parte subiecti.

2a v. Pars sc: quod ipsa qualitas augeatur ut applicata et non ut annulsa
a subiecto patet. qualitas ut annulsa a subiecto habet modum substantiae sequitur
non ad modum per se stantis sed substantia non suscipit magis et minus ut
dictum est sup. ergo qualitas ut annulsa a subiecto non potest dici quod suscipiat
magis vel minus.

3a est. quod res secundum qualitatem dicantur similes vel dissimiles unum
non dicitur alteri simili ratione qualitatis et non ratione substantiae aut quantitatis et
NB quod similitudo formaliter accipitur sub relatione et sic res non dicuntur similes
formaliter per qualitatem sed fundamentaliter tantum. Fundamentum non similitudinis
est unitas in qualitate et sicut proprium est quantitati quod secundum per eam
fundamentaliter dicantur res aequales vel inaequales ita et proprium est qualitati
quod secundum eam dicantur res similes et dissimiles quod si aliquando duae
substantiae dicantur similes in ratione substantiae ut Petrus dicitur similis Paulo
in natura specifica quia tales essentiae vel substantiae induunt aliquem modum
qualitatis sicut in quando duae substantiae dicuntur aequales ordine ex eo quia consideratur
secundum aliquem modum quantitatis.

Arg. 1: Eius modum afficiendi subiectum est vere et accidentali quia non est pro-
ratio et contra qualitas, consequens patet, probatur antecedens quia omne accidens est modus et affectio
subiecti. Resp. ad 1: Ergo modum afficiendi subiectum pro modo accipit
pro eo quod est in eo subiecto tamquam entitas inhaerens et illi innitens et hic
modus afficiendi subiectum est communis accidenti vel proprie qualitati. Ex modo
sumitur specificatio: & speciali
in ordine ad operationem naturalem vel operandum et iste modus afficiendi subiectum
constituit essentiam qualitatis in communi.
Arg. 2: A rubore orto ex verecundia non dicimur quales quod tali ru-
bor non erit nova species qualitatis et consequenter 3a species ad quam spectat talis
rubor non immerito participabit essentiam qualitatis in communi. consequens patet.
probatur antecedens illi rubor celerrime transit quia non dicimur quales ab illo
Resp. negando antecedens dicimur enim quales a tali rubore licet non adeo perfecte quod
per modum transeuntis et consequenter talis rubor habet essentiam [illegible] qualitatis
licet eam [illegible] imperfectiori modo participet quia [illegible] imperfecte partici-
pat vel [illegible]. Dicimus univocationem non repugnat cum hic se tenent
ex parte [illegible] [illegible]. Atqui non in [illegible] [illegible]
[illegible] magis participarent respectu hominis et bruti quia hic magis
non tollit eorum univocationem [illegible] cum hic sit magis qualitas [illegible]
[illegible] [illegible].

Alia argumenta videantur in Authoribus. Nobis haec
De qualitate sufficiant. etc.

DUBIUM DUODECIMUM.

In quo consistat natura et centia 6 ultimorum praedicamentorum?

Absolutis 4 praedicamentis restat ut de 6 in rebus aliquid dicamus.

Post quintilem ergo egit Aristoteles de Actione (1 praed.) ipsi naturam et centiam non aliter quam per exempla quaedam declaravit sic n. ait actio est ut facere flagellare &c. Verum nos centiam actionis declaramus hoc modo. Actio est forma quaedam accidentalis qua agens actu constituitur tali et dat esse effectum productum.

Et hic definitio illa 26 quod in productione alicuius effectus 4 reperiuntur primum est ipsum agens cum causa producens. Secundum est effectus productus. 3um est ipsa actio qua effectus producitur et acquirit aliquid esse transitus de non esse ad esse quae actio variis nominibus appellari solet quandoque n. vocatur instrumentum quandoque concursus quandoque efficientia vel effectio. 4um denique est ipsum subiectum in quo effectus producitur nisi forte sint actionis terminata ad substantiam tunc n. non datur aliquid subiectum distinctum ab effectu. Exemplum sit productio caloris in aqua in cuius productione est ipsum agens cum causa producens est ignis, effectus productus est calor actio qua medicinale calor recipit esse est calefactio, subiectum a. talis effectus est aqua.

Explicatur modo definitio dicitur actio in primis forma quaedam accidentalis quia esse agens est aliquid in rebus cum non sit merum nihil habens suam propriam centiam ergo hic aliquam formam quam in tali esse constituitur impossibile est n. aliquid esse constitutum in aliqua certa centia et quod hoc non habeat per aliquam formam sed haec forma qua agens constituitur agens est actio nihil n. aliud supra esse videtur quod agens formaliter constituitur in esse agentis ergo actio recte dicitur forma et accidentalis quidem quia in creatis nulla actio potest esse ipsa substantia vel centia agentis hoc n. proprium est solius dei et per hoc quod actio sit forma accidentalis convenit cum omnibus aliis praedicamentis quae sunt formae accidentales. Dicitur 2o qua agens actu constituitur tali hoc est agens vel instrumentum ad distinctionem formarum permanentium quod quidem agens constituitur agens sed non actu

ut sunt forme substantiales in compositis naturalibus item forme accidentales permanentes tamen ut potentie et habitus per quas quidem constituitur res agens sed non actu nisi non hisce omnibus propriis superveniat actio nil fiet et hinc est quod actio denominet saltem in ~~actu~~ actuali tamen

et fortassis propter hoc vocatur a nonnullis Actio actus ultimus agentis quatenus agens.

Licet non forme et potentie concurrant ad effectum producendum tamen non ultimo ut dictum est. Addit tamen in definitione hoc dat esse effectum producto ad declarandum maiorem vim et efficaciam actionis et dependentiam effectus producti ab ipsa quam dependentiam aliae particulae non satis explicarunt.

Alii alii modo definiunt dicentes actio est forma a qua aliquid dicitur agere ut v. g. calefactio est forma a qua ignis dicitur calefacere aquam vel lignum hanc definitionem tamen bona est data per effectum formalem actionis sicut sup. dicitur utili dictum est.

Circa hoc praedicam. est dub. An in illo tamen contineantur actiones transeuntes vel non immanentes. Actio immanens vocatur illa quae manet in agente a quo producitur et ideo appellatur immanens v. g. illius est actio immanens quae manet in intelligente vel in illo a quo producitur et large loquendo omnes illae actiones vocantur immanentes quae manent saltem in eodem supposito a quo producuntur. Actio transiens est illa quae emanat ab agente non tamen recipitur in illo sed transit ad passum in quo effectus recipitur ut calefactio est actio transiens quae emanat ab igne non tamen manet in igne calefaciente sed ~~transit~~ transit ad aquam in qua calor recipitur.

De his ergo actionibus est dub. An tamen transeuntes vel non immanentes collocentur in hoc praedicamento actiones de transeuntibus nulla est difficultas cum Aristoteles quando hoc praedicamento mentionem facit tamen de actionibus transeuntibus loquitur quod certe magnum signum est tales actiones in hoc praedicamento collocari. De Immanentibus v. maior est difficultas.

Nos ut verius indicamus actiones immanentes praesertim alicuius tri productivas spectare ad hoc praedic. nam dispositiones convenientes naturae reducuntur ad praedicamentum qualitatis ut v. actiones productivae revocantur ad hoc praedicam. v. g. illud ut est dispositio conveniens naturae intellectualis spectat ad pam speciem qualitatis ut a. est actio productiva verbi pertinet ad hoc praedicamentum. Unde genus generalissimum h. praedicam. erit actio, quae sub alterna erunt actiones Transeuntes et Immanentes species aliae actiones stantes sub immanenti et Transeunti ut volitio Illustr.

Probatur in nostra sententia 1o. Actiones immanentes praesertim productivas convenit definitio actionis praedicamentalis quae spectabunt ad hoc praedicamentum. Consequentia patet et antecedens est certum ex ipsa definitione.

Probatur 2o. Actiones Immanentes sunt verae actiones quae non dicuntur excludi a praedicam. actionis patet antecedens Illud est vera potentia sed omnis potentia specificatur a sua actione quae et illud erit vera actio Et idem dicimus de aliis actionibus immanentibus.

Actionem sequitur Passio quae constituit 6 praedicamentum, quam Artes exemplis quibusdam declaravit dicens. Passio est motus procedens ab agente prout recipitur in passo. Ubi ille ordo ad passum est ultima differentia passionis constitutiva. Nam in Calefactione 3a. possunt distingui. 1o. Ordo ad ignem activae calefacientem 2o. Ordo ad lignum vel aliam materiam calefactam. 3o. Via et tendentia calefactionis non explicite recipiendo ordinem ad agens vel ad patiens. Si calefactio concipiatur in ordine ad agens a quo procedit fortiter rationem actionis, si v. ut via et tendentia caloris praecise habet rationem motus qui est post praedicamentum. Si a. concipiatur in ordine ad passum v. g. ad lignum calefactum in quo recipitur habet rationem passionis. Eadem quae entitas calefactionis sub diversa formalitate spectat ad praedicamentum actionis et passionis.

Proprietates Actionis et Passionis sunt duae 1a. est quod habeant contraria ut Calefactio contrariatur frigefactioni non tamen ratione sui sed ratione qualitatum.

2a Proprietas est quod Actio et Passio suscipiant magis et minus, unum
n. agens dicitur magis vel minus agere quam aliud.
Solent hic multae quaestiones moveri, tum quae ad physicam spectant, ibidem de iis agemus

SEPTIMUM Praedicamentum est ubi.

Et nil est aliud quam modus quidam accidentalis quae res dicitur formaliter praesens
loco vero, et vocatur praesentia localis quae est modus intrinsecus rei existentis in
loco et producitur per motum localem de quo latius in physica.
Ex eo n. quod aliquis moveatur localiter de uno loco ad aliud, acquirit hanc praesentiam
ad locum, quae praesentia vocatur ubi et pendet tanquam a forma extrinseca a superficie
ambiente corpus. Unde si aliquis moveretur in vacuo naturaliter vel supernaturaliter, non
acquireret istam praesentiam localem positivam quae ratio exposcit locum
verum et realem. Et hinc est quod hanc praesentiam aliqui nominant intrinsecam.
Superficiem v. locum extrinsecum.
Species h. praedicamenti sunt sursum et deorsum, ante et retro, dextrum et
sinistrum. Proprietates h. praedicamenti per se facile possunt cognosci

Octavum Praedicamentum vocatur quando.

Et nil est aliud quam forma quidam accidentalis per quam res dicitur intrinsece esse
in tempore. Sicut n. ubi ex eo quod aliquod corpus commensuratur loco acquirit praesen-
tiam realem intrinsecam per quam formaliter et positive est praesens loco, ita ex
commensuratione temporis acquirit corpus existens in tempore hoc accidens
intrinsecum quod vocatur quando. i. esse in tempore. Et hoc accidens producitur
effective a re in tempore existente, pendet tamen tanquam a conditione
ratione a tempore sub quo res existit, sicut a simili dictum de praedica-
mento ubi.

Nonum Praedicamentum
est situs.

Nonum Praedicamentum est Situs.

Cuius centrum aliqui constituunt in denominatione extrinseca orta a partibus universis vel a loco extrinseco sed haec sententia falsa videtur.

Probatur. Forma huius praedicamenti constituit speciale praedicamentum primo diversum a reliquis quod non dicitur esse forma in alio praedicamento constituta sed locus est in alio praedicamento saltem reductive sed in praedicamento quantitatis quod non poterit esse forma huius praedicamenti.

Probatur 2°. Situs est dispositio partium in ordine ad locum sed haec dispositio est forma intrinseca sublato situato quod non potest tamen provenire a forma alicuius extrinseca ma pat. primum. Dispositio illa est v.g. sedere vel stare sed sessio statio non est in summo superficie aut loco sed in stante sedente vel cubante ut experientia ipsa docet quod situs non est tamen denominatio extrinseca sumpta a loco vel superficie.

Haec quod sententia relicta nos constituimus centrum praedicamenti situs in hoc quod sit accidens quoddam disponens partes substantiae corporeae in ordine ad locum sed.

Vel aliis verbis situs nil est aliud quam dispositio vel ordinatio partium corporis in loco sed quam aliquis dicitur sedere stare vel cubare, hinc homo dicitur situatus quando habet partes corporis certa quidam ratione ordinatas et ~~dispositas~~ dispositas et talis dispositio est multiplex alia a natura alia a libera voluntate alia a casu. Naturalis v.g. est in homine quod in illo caput sit in superiori loco pedes in inferiori quod habet a natura. Brutus v. Arabia a natura habet caput proiectum ad terram ante corpus caeteras partes post et retro. Dispositio partium a libera voluntate est v.g. sedere nunc postea stare. Dispositio a casu est illa quando aliquis ex altissima tabula turri talis habebit caput infra pedes v. supra.

Circa hoc quaeres hic 2º quid dicat a fundamento quantitas cum illa ipsa quantitas
habeat extendere vel disponere partes corporis in ordine ad locum absque dicto.

R. illam extensionem quantitatis differre in hoc a situ quod quantitas ex-
tendat partes subiecti corporei in ordine ad locum non determinando
ad certam figuram cuiusdam in loco scilicet supinam et pronam erectam et
depressam sed relinquit ipsas partes extensas ipsi indifferentes ad hanc
vel illam situationem non curando an sint supinae vel pronae ~~erectae~~
erectae vel depressae. ipse vero tales partes corporis determinent ad
certam figuram cuiusdam in loco requirit aliquo modo disponens illas tali
vel tali modo et secundum hunc modum intrinsecum dat corpori stare
iacere vel sedere et sic fundamentum situs est quod distinctum a funda-
mento quantitatis, requiritur tamen in subiecto corporis, non vero in immaterialibus.

Quaeres 3º quid dicat quandam situs a grad. Ubi. R. distinguitur ab
illo realiter sicut figura quae est 4ª species qualitatis a quantitate, nam sicut
figura est dispositio quaedam resultans ex ~~[illegible]~~ terminatione intrinseca
quantitatis ita situs est dispositio cum figura quadam partium in loco existentium
et includit figuram quandam extrinsecam ubi secundum ad illud. Secundo distinctio realis
patet quia possunt ab invicem separari quod patet navigans in flumine
acquirit novum ubi et diversas praesentias retinet tamen eundem situm supposito
quod maneat sedens in navi quod habet duo possunt ab invicem separari
saltem per divinam potentiam et quod distinguuntur realiter inter se.

Quaeres generaliter? R. quandam est dispositio partium corporis ad locum
in Cº. Speciali situs fortuitis et naturalis sessio statio ab-
formas et modos dispositionis.

Decimum Praedicam vocat Habitus.

Cuius centiam Suarez putat existere in denominatione extrinseca unde forma secundum illos hic praedicamenti erit vestis aut indumentum hoc tamen falsum est quia hoc praedicam est accidens quod ratio formalis illius non erit substantia ut est vestis alias forma constitutiva accidentis erit substantia quod plane absurdum est.

Nos quod hic praedicamenti centiam quae est accidens dicimus consistere in quodam modo intrinseco desumpto tamen in ordine ad vestem corpori applicatam ex eo namque quod vestes adiaceant corpori et corpus vestibus resultat modus peculiaris accidentalis quod appellatur habitus unde Gilbertus in libro de 6 principiis habitum definivit hoc modo. Habitus est corporum et corpus quae circa corpus sunt adiacentia secundum quam haec quidem haec illa haec dicuntur ut v.g. est vestitum aereatum zibiatum quae omnia explicant peculiarem modum accidentalem quod vocatur habitus. Ex quo patet hoc praedicam non significare corpus ipsum habens vestem neque significare in vestem habitam sed significat medium quoddam accidens inter horum habentem vestem et vestem habitam provenientem ex eo quod corpus habeat vestem.

Genus Generalissimum hic praedicam est Esse vestitum seu Habituatum.

Species subalternae sunt Esse vestitum vestem

Item esse Calceatum Tunicatum. Et haec de 6 ultimis praedicamentis Ex naturali Dei dantis fusius examinabimus in Physica. &c.

QUAESTIO 3a.

De Postpraedicam.